

QUESTIO QUARTA.

An peccatum mortale possit remitti per infusionem gratiae, absque illa peccatoris actu.

100 Sensus questionis est, an requiratur essentialiter peccatoris retractatio ad tollendum habituale peccatum, unde etiam sub hoc titulo proponi solet: solum procedit de adultis, et non de parvulis loquendo, certum est justificari posse, & de facto sic justificari per gratiam eis in Baptismo collatam, sine motu voluntatis illorum; procedit etiam de potentia Dei absoluta, nam regulariter loquendo certa res est, & sic fidei sanctum contra Sectarios in Concil. Trid. sess. 6. can. 4. ad justificationem peccatoris adulti requiritur motum aliquem liberi arbitrii, seu actionem aliquam voluntatis, qua ad obtinendam justificationem gratiam se disponat, ac praeparat, ut loquitur Concilium. Hic duae sunt oppositae sententiae; Prima est negativa, quam tenent plures ex Thomistis Conradus, uterque Scotus, & nuperim pro viribus defendit contra torrentem Recentiorum Morandus str. 4. q. 26. Beccanus & Amicus disp. 32. sect. 2. Altera affirmativa est communis in Schola Scotistarum, & Nominalium, ut est videre apud Fabrum disp. 12. de poenit. c. 3. quam sequuntur Neoterici omnes Suarez, Valquez, Cardinalis de Lugo, Tannerus, Arriaga, Oviedo, Coninch, Hacquet, Averla, Serra, Lecana, Pasqualig, Turrianus, Beccanus, Lorca, Calpenfis, & poliores Thomistae, unde & Adversarii ipsi fateantur hanc esse communem, licet certent de mente S. Thomae.

ARTICULVS PRIMVS.

Questio affirmativa deciditur de potentia Dei absoluta.

101 T. A. Scotus 4. dist. 4. q. 1. s. ex his ubi dicitur tenet penitentiam esse necessariam ad delendum peccatum secundum legem Dei ordinariam, subdit tamen non esse necessariam simpliciter; ita quod implicet contradictionem, de potentia Dei absoluta sine ea deleri posse; solet hae sententia probari rationibus quibusdam inefficacibus, vel à nostris principis valde distans, ut videre est apud Oviedo. contror. 2. p. 111. c. 9. quibus dimissis, efficaciores adducam, & nostris principis magis consentaneas, illas propugnando contra solutiones Amici, & Morandi nuperime illatas; Primum itaque probatur ratione à Scoto adducta ab initio questionis ex humanis deducta, qua etiam utitur Card. de Lugo disp. 7. de poenit. sect. 8. homo offensus potest remittere offensam sibi irrogatam absque eo, quod offendens peniteat facti, aut illud retractet, ergo multo magis id potest facere Deus, qui est magis misericors; sed remissa offensa, remittitur peccatum; ergo &c.

102 Respondent Amicus, & Morandus negando consequentiam, nam homo remittens alteri offensam, non remittit illi culpam, qua in averfione à lege consistit, sed solum debitum satisfaciendi pro iniuria sibi illata, quo sublato, ac remisso adhuc manet in offendente culpa apud Deum luenda; Deus autem remittens peccatum, non solum remittit debitum satisfaciendi, sed etiam culpam, qua cum sit voluntaria, nequit tolli sine voluntate peccatoris, sed ad sui remissionem essentialiter postulat proprium actum retractativum peccatoris. Sed Contra, quia Deus est primus legislator; ergo potest condonare peccatum, non tantum sub ratione offensae, sed etiam averfionis à lege, & per consequens sub ratione culpae. Tum quia talis averfio à lege remanet tantum habitualiter in obligatione satisfaciendi, ut statim ponendum est ex dictis, tractando de peccato habituali: sed hanc potest Deus se solo relaxare absque voluntate peccatoris, quia debitum etiam voluntarie contractum potest à persona offensa, seu à creditore remitti sine voluntate debitoris, ut patet in humanis; ergo &c. Tum quia falsum est omnino, quod Adversarii supponunt remanentiam peccati, ex vi cuius homo remanet peccator, & obiectum odii Dei fundari in permanentia habituali, ex eo praecise orta, quod praecederit actus voluntatis, & revocatus non fuerit; si enim hoc esset praecise illius fundamentum, posita praecise retractatione, statim auferetur habituale peccatum, quod esse manifeste falsum iam ostendi qu. ult. praeced. disp. art. 7. nu. 32. & patet de facto in homine suum peccatum desistente per attritionem, & non suscipiente Sacramentum; etenim tali retractatione non obstante, adhuc manet peccatum, & in peccato, ergo peccatum habituale non dicit permanentiam habitualem praecise ortam ex actu praeterito non retractato, sed potius permanentiam moralem ibi explicatam, nimirum consistentem in obligatione satisfaciendi ex actu praeterito contracta, quae non potest dici voluntaria, nisi casualiter, quatenus, scilicet, voluntaria fuit in causa; modo potest Deus talem obligationem sic voluntariam se solo relaxare; eo modo, quo inter homines debitum voluntarie contractum potest à solo cre-

ditore remitti sine voluntate debitoris, ut mox ostendam, & magis patet in solutione argumentorum in contrarium; quo etiam patet potest Deus relaxare votum à me emissum & habitualiter contractum; nullo interveniente actu meo illius retractativo, per solam suam voluntatem.

Secundo probatur, quia ut arguit Suarez lib. 7. de gratia c. 21. licet peccatum sit voluntarie à peccatore commissum non repugnat absque illius voluntate remitti, dummodo voluntas actu non peccet; ergo potest expelli per solam gratiae habitualis infusionem; antecedens, in quo tota consistit difficultas, & Adversariorum fundamentum, probat dupliciter; primo quia commissum peccati pendet per se à libera peccatoris voluntate, & est opus hominis; ejus autem remissio est opus Dei, ergo à Deo tantum dependet peccatum remitti, vel non remitti; & licet ad illius remissionem aliquas dispositiones regulariter requiratur homo apponere, quae Deus de facto exigit, potest tamen absolute loquendo eas non exigere, & eisdem non appositis peccatum remittere. Deinde quia eo ipso, quod homo cessat ab actu peccandi, statim peccandi, seu habitualis peccatum jam non est amplius ei voluntarium actualiter, ut patet; nec virtualiter, quia virtuale voluntarium non est sine illius voluntate actuali, in quo illud continetur; neque est voluntarium interpretative quia sic dicitur voluntarium, cum quis potest, & tenetur illud facere, & non facit, quod non accidit in casu nostro; ergo ad summum non est voluntarium, nisi casualiter, & quodam moralimodo, quo sensu voluntaria dici solent votum, matrimonium, & alii contractus humani, qui moraliter, & habitualiter manere dicuntur, quatenus perseverant in obligatione ex actu votendi, vel contrahendi relicta; at quod hoc modo voluntarium denominatur, optime expelli potest sine voluntate habentis, & auferri à solo Deo, sic enim potest sola sua voluntate vinculum matrimonii dissolvere, & votum relaxare, quo pacto nec à votente, nec à contrahentibus dissolvi potest, quantumcumque eorum interveniant actus retractativi, ergo &c.

Respondent Amicus, & Morandus negando assumptum ad primam probationem aium remissionem peccati, ita esse proprium opus Dei, ut non excludat libertatem creaturae cooperantem, dicitur tamen proprium Dei, quia solus Deus eam inchoat per gratiam excitantem, proponit per adjuvantem, perficit, & consumat per justificationem, sed non absque libero peccatoris consensu. Ad aliam probationem iniquant, peccatum habituale esse voluntarium virtualiter moraliter, non autem voluntarium virtualiter physicè, nec physicè interpretative, & hoc solum probat argumentum, quare peccatum in homine conservatur moraliter, donec retractet, non per aliquem physicum influxum, sed per voluntariam non retractationem.

Sed Contra, quia ea responso solum procedit de facto, quatenus Deus regulariter exigit aliquas in homine dispositiones ad remissionem peccati consequendum; quibus non appositis peccatum non remittit; at hoc non urget de possibili, & sine fundamento divina omnipotentia limitatur, ubi nulla appareat contradictio, vel implicatio in contrarium; si vero hoc facit ratio superius allata in precedenti questione nu. 65. quod quisquid Deus concedit ad instantiam, vel exigentiam creaturae, potest etiam concedere sine ulla praevia petitione, vel dispositione pro mera sua libertate; quare licet regulariter, & de facto remissionem peccatoris concedat ad petitionem contritionis, vel attritionis cum Sacramento, potest simpliciter, & absolute loquendo non praevia huiusmodi petitione, vel dispositione remittere ex sola sua voluntate. Falsum est etiam, quod assumitur in solutione ad aliam probationem; nam peccatum quidem actuale est formaliter homini voluntarium, vel tanquam actus, vel tanquam omnino actus debitis peccatum vero habituale, & macula peccati quae relinquatur, non est hoc modo voluntaria, sed solum casualiter, quatenus orta est ex culpa actuali: unde minime opus est, quod forma, per quam illam deleri debet, sit per se ipsam formaliter conversio voluntaria ad Deum, sed sufficit conversio habitualis, qualis est gratia; Falsum est insuper, quod adeo frequenter Adversarii inculcant, quod peccatum in homine conservetur praecise, & aequatè per voluntariam non retractationem; hinc enim sequeretur, quod posita retractatione, peccatum peccati tolleretur, quod tamen falsum est, ut patet in homine peccatum suum desistente per attritionem, & non suscipiente Sacramento; sequela probatur, quia in causis praecisis sicut affirmati est causa affirmativa, ita negatio est causa negationis; Qua de causa qu. ult. praeced. disp. tractando de peccato habituali dicebamus non bene delicti, quod sit actus praeteritus non retractatus, quia hinc sequeretur, eo ipso cessare, quod retractaretur: quod tamen falsum est, quia potest quis retractare actum commissum, & petere veniam, & hoc totum adhuc non sufficere ad tollendam habituale culpam; ergo falsum est peccatum habituale totaliter, & aequatè pendere in suo esse, & continuari à tali voluntaria

non retractatione; unde melius diceretur habituale peccatum esse peccatum praeteritum non remissum, nec condonatum, neque hinc sequitur peccatum à Deo conservari in homine, saltem in sensu quo ipsum dedecet, ut dictum est num. 66. 71. & 78.

106 Tertio probatur ex doctrina jam tradita de peccato habituali disp. praeced. quae sunt ubi diximus peccatum actuale praeteritum, quod habitualiter remanet, tantum permanere in obligatione satisfaciendi per modum cuiusdam debiti, vel moralis indignitatis personae, quae illud commisit, quatenus peccando iniuriam Deo intulit, quam in se retinet, quamdiu pro ea non satisfacit, quae doctrina traditur etiam à Suarez cap. 21. cit. num. 22. sed debitum etiam voluntarie contractum potest à persona offensa, seu à creditore remitti sine voluntate debitoris; ergo id, in quo habitualiter remanet peccatum actuale praeteritum, potest auferri à solo Deo sine voluntate peccatoris; ita dicitur Suarez loc. cit. & secum Oviedo. contror. 2. p. 111. c. 17.

107 Respondet Amicus, diffingendum esse duplex debitum; alterum dicens morale dependentiam à voluntate debitoris, atque hoc tolli nequit sola condonatione creditoris; nam sicut haec condonatio nequit tollere morale dependentiam debiti à voluntate debitoris, ita nec debitum in ea fundatum relaxare; tale est debitum, quod peccator contrahit ex praeterito actu non dum retractato; alterum est debitum pendens tantum ex voluntate creditoris, & hoc sine actu debitoris condonari potest, quale est debitum voti, quod pendet ex voluntate acceptantis, si velit illud acceptare: unde potest illud relaxare absque ullo actu votendi, quod non est acceptationem eius in cuius obsequium factum est. Sed falsum omnino est, quod dicitur de debito primi generis, quod tolli nequeat sola condonatione creditoris, & oppositum constat quotidie in humanis, aequè enim destruitur obligatio, & debitum per satisfactionem, seu solutionem à debitore exhibitam, & per solam condonationem debiti à creditore factam; quod si ullus circa talem condonationem requiritur ex parte debitoris consensus, planè solus tacitus, ac interpretativus sufficere debet, qui semper intervenit consensus est in his rebus, quae in magnum hominis bonum, & commodum cedunt: ita ergo erit in casu nostro, uniusquisque enim tacitam voluntatem habet, ut sibi peccata dimittantur, & ad divinam amicitiam ob peccatum amissam restituantur.

108 Quarto probatur, quia vel retractatio requiritur necessario ad peccati expulsiorem, ut forma illud formaliter expellens; vel solum in praevia dispositio ad eius expulsiorem deserviens; non primum, quia Concil. sess. 7. cap. 7. causam formalem, & unicam nostrae justificationis inquit esse gratiam; iam quia ea retractatione posita, si gratia non adveniat, peccatum non extinguitur, ut patet in homine peccatum suum desistente per attritionem, atque tam Sacramento suscipiat, tum tandem, quia etiam ut talis forma requireretur, adhuc posset eius influxus à Deo suppleri, sicut ab actu frigidis, quod est secundarius calor effectus, potest de potentia Dei absoluta fieri nullo introducto calore, quae ratio quae praeced. diximus peccatum posse etiam divini remitti absque gratiae infusione per solam extrinsecam condonationem. Si vero requiratur solum ut dispositio, ut de vera docet Concil. sess. 6. can. 4. sic utique facilius poterit à Deo suppleri, nulla est enim forma, quae de potentia Dei absoluta introducta non possit in subiecto sine ulla dispositione praevia; quod adhuc melius fieri potest respectu formae negativae ad quam non ita primario dispositiones requiruntur, sicut ad positivam, ita arguunt Averla, Oviedo Suarez, & alii passim.

109 Respondet Morandus, negando Deum posse hanc dispositionem supplere, quia haec tantum facit peccatum remissibile, nisi enim remittitur cum dependentia à libera voluntate peccatoris, semper virtualiter est in illo. Contra, quia etiam concederetur de perfecta contritione, & dilectione Dei super omnia, quod nempe faciat peccatum remissibile, & tollat permanentiam eius moralem; non tamen de attritione, quae sine Sacramento ad justificationem non sufficit; Tum quia attritio, & contritio ipsa non requiritur ad hoc nisi ex communi lege, & ad summum esse potest dispositio moralis, non autem ex natura rei; ita autem dispositio non potest cum fundamento exogitari tanta necessitas, ut implicet contradictionem sine illa gratiam infundi. Negat Amicus requiri actum penitentis, ut praeviam dispositionem ex lege tantum extrinsecam requiritam, cum posius sit talis ex natura rei, & essentialiter; licet enim contritio non tollat, quod est principale in peccato mortali, nempe fundamentum, & inchoationem peccati, quae est moralis averfio à lege, & à Deo legislatore, quod etiam, licet imperfectè, efficit sola attritio, per illam enim quoque loquitur averfio peccator à creatura affectu quia ratione inquit Morandus permanentiam moralem peccati tolli quoque per solam attritionem.

Meld. In Secunda. Sement.

Sed contra, quia in primis gratis omnino dicitur actus penitentis esse dispositiones ad justificationem ex natura rei, & essentialiter, non autem moraliter tantum, & ex lege Dei extrinseca; Tum quia etiam tales essent, adhuc posset à Deo suppleri, quia Deus potest formam inducere abque conaturali dispositione subiecti. Tum quia fundamentum illud, & inchoatio peccati, quod dicitur esse voluntaria averfio à lege, & deo legislatore, non tantum tolli potest per actum voluntariae conversionis oppositum; sed etiam per gratiam ipsam habitualem, licet enim ipsa non sit formaliter libera, & voluntaria, est tamen forma opposita peccato, & propter suam perfectionem conversionem hominis ad Deum emittentem continet. Tum quia ex communi, & valde probabili Theologorum sententia, si natura hominis peccatoris ad unionem hypostaticam assumere, vel ad beatam visionem elevaretur, statim per hanc vel illam solam justificaretur cum tamen nec haec, nec illa sit voluntaria, ut supponitur; sicut ergo unio hypostatica, & visio beatifica non alia ratione sufficientia essent ad hominis justificationem, nec alia ratione tollerent voluntariam averfionem, quae est in peccato; nisi quia sunt formae perfectissimae emittentem continentes conversionem hominis in Deum; sic suo modo dicendum est in praesenti de gratia habituali, quae est perfectior omni forma supernaturali hominis viatoris, quae quae doctrina unicum, & praecipuum adverte sententiae fundamentum dicitur. Tum eadem quia falsum omnino est quod Morandus aiebat permanentiam moralem peccati tolli per solam attritionem, quia attritio si sola ita se habet ad delationem peccati, ac si nihil agat, quia est motus insufficientis ad delendam culpam, motus autem insufficientis ad aliquid delendum est, ac si non esset motus; sicut ergo Deus modo supplet per Sacramentum insufficientiam motus attritionis ad delendam culpam per gratiam; ita absolute loquendo potest supplere omnino carentiam illius, & sic se solo sine actu penitentiae tam perfecto, quam imperfecto delere peccatum, & remittere, ut Faber dicitur loc. cit.

Quinto probatur ex remissione peccati originalis, iustificatur enim parvuli in baptismo absque ullo proprio actu retractativo; ergo talis actus absolute necessarius non est ad justificationem probatur consequentia, quia si semel contracti delicti posse maculam peccati per solum gratiae habitum absque ullo praevio actu, poterit id fieri absolute à Deo in omni casu, quia quantum ad hoc, eisdem rationis est macula ex proprio peccato actuali relicta cum macula originali derivata ex peccato actuali primi parentis. Negat Amicus, & Morandus contentiam cum eius probatione, quia originale non est contractum propria voluntate, sed aliena; & ideo dicitur solam gratiam privationem, & sic dicit aliquam permanentiam moralem ratione primi capitis, tollitur etiam in primo capite, vel Adamo quatenus retractans suum peccatum, retractavit etiam, quantum erat in se in posteris pro illo tempore, quo gratiam recipere; vel in Christo capite nostro morali fit haec retractatio; at peccatum personale habituale dicit illud voluntarium, & liberam permanentiam moralem, quae donec retractet, censetur semper remanere. Sed Contra evidentem, nam ex hac solutione sequitur fuisse simpliciter necessariam ad parvulorum iustificationem derefactionem eisdem Adam, quia voluntarium fuit illud peccatum, vel fuisse simpliciter necessariam actum liberum Christi Dominici capitis nostri moralis quoad redemptionem, at dubium non est, ut bene dicitur Averla, potest se Deum de potentia absoluta utrumqueque hominem à peccato originali iustificare, etiam si nullus actus neque Adam neque Christi Domini interestisset, id enim nullus Theologorum inficiari videtur; ergo simpliciter nec etiam ad remittenda peccata personalia necessarius erit actus proprius de potentia Dei absoluta; quia quantum ad hanc remissionem, ut aiebam, eisdem rationis est macula ex proprio peccato habitualis contracta cum macula originali ex peccato actuali primi parentis derivata.

Sexto tandem probatur, quia vel peccatum habituale essentialiter includit, ut constitutum sui negationem retractationis, vel non, si primum, vel tanquam ratio nem formalem aequatam, vel tanquam rationem inadquam; quorum neutrum, est dicendum, quia si aequatè confisteret in tali negatione illa ablata statim absque alio peccatum auferretur, quod est falsum, ut de attritione dictum est, quae sine Sacramento non sufficit ad peccatum expellendum; quod etiam sequeretur, si eam negationem includeret, ut rationem inadquam; nam ablato constitutivo rei inadquam, destruitur tota rei essentia, ut patet in compositis physicis; quorum essentia destruitur altera parte tantum ablata etiam si altera remanet, quia indivisibiliter in ea integritate, & totalitate consistebat categoriamaric sumpta; Si vero dicitur secundum, nimirum negationem illam esse omnino extrinsecam peccati habitualis iam hoc auferri poterit ea adhuc remanente, unde assignari debet aliud formale constitutum, quo ablato

Cc 2 peccatum

peccatum auferatur etiam si talis negatio remaneat; tunc enim vel dicitur aut peccatum habituale formaliter in privatione gratiae consistere, & haec auferri poterit per solam gratiae positionem cum hac in nullo genere essentialiter a retractatione dependeat, adeo quod cum eius negatio etiam de potentia Dei absoluta sit impossibilis; Quod si dicatur consistere in negatione condonationis: haec etiam negatio per actum ipsum divinae condonationis auferri poterit independenter a negatione retractationis; quia talis actus Dei condonantis non potest essentialiter esse connexus cum actu hominis retractantis, sed tantum ex communi lege iam posita; Ita dicitur Ovid. loc. cit.

113 Respondet Morandus ad tollendum peccatum habituale non sufficere, quod tollatur aut negatio retractationis tantum, aut tantum negatio condonationis divinae, sed utramque requirit; quia talis est natura huius compositi moralis, eo quod dum conservatur in esse voluntarii per non retractationem, semper Deus habet usus adversus peccatorem; & vice versa, ad condonandum, quamvis peccator retractet; semper est inimicus; & non nisi propter peccatum adhuc perseverans; ideo ad eius destructionem non est satis ablatio u nisi tantum ex parte illud componentibus, sed requiritur simul, & retractio ex parte peccatoris, & condonatio ex parte Dei, unde non est par ratio de hoc morali composito, ac de compositis physicis, ad quorum destructionem est satis, quod una pars tollatur, est alia remaneat in esse.

114 Haec solutio contradicit illi; quae habet Auctor ille in tota hac quaestione, ubi non semel ait, quod peccatum habituale dicit permanentiam moralem eiusdem peccati, donec retractetur; & quod talis permanentia moralis pendet a deitate a voluntate peccatoris, hoc est, a voluntaria non retractatione peccati praeteriti, ideoque ea non retractatione perseverante, semper peccatum perseverat moraliter, & in ratione voluntarii, & e contra posita retractatione non amplius perseverare peccatum; ac cum his non coheret, quod modo dicit perseverare peccatum, donec Deus condonet, quamvis peccator retractet, nam ea perseverantia intantum est voluntaria, in quantum peccatum commissum a peccatore non retractatur; ergo posita sola retractatione, & quocumque alio ablato, vel peccatum non perseverabit, vel saltem non erit perseverantia moralis; & voluntaria, qualis esse debet perseverantia, & permanentia peccati habitualis. Deinde doctrina illa, quod ad destructionem alicuius totius esse moralis categoricam sumpti necessaria sit destructio omnium partium, & unius partis destructio non sufficit, et event in compositis physicis, est contra omnem bonam philosophiam; nam essentia talis compositi moralis v. g. peccati habitualis in proposito, indivisibiliter in ea totalitate, & integritate consistit, nimirum in toto illo complexo ex illis duabus negotiationibus integrato, nimirum retractationis ex parte peccatoris, & condonationis ex parte Dei; ergo ut ea essentia destruat, planè opus non est omnes eius partes destrui, sed sufficit alteram illam, si semel illa essentialis est; destrui, ut dicebam in proposito de habituali peccato *quae. ult. praeced. disp. num. 266.* quae doctrina non tantum vera est de compositis physicis, sed etiam moralibus quorum essentia artificiosè constituitur per analogiam ad illa.

115 Itaque quando dicitur peccatum non tolli, donec retractetur; hoc planè non dicitur, quasi negatio retractationis pertinet ad formalem constitutionem habitualis peccati, & retractatio sit forma, vel causa formalis tollens peccatum ut dicebam *loc. cit. q. ult. disp. praeced. art. 2. n. 270.* sed quatenus regulariter, de communi lege est dispositio requisita, ad hoc ut committatur talis causa formalis nostrae iustificationis, quae est gratia, ut docet Trident. *sess. 6. cap. 6. §. 7.* & e contra in eodem sensu dicit post negatio retractationis pertinet ad peccatum habituale quatenus, scilicet, negatio alicuius dispositionis regulariter requisita ad illud expellendum, ut dicebam *art. 3. d. n. 271.* Quare concomitantè tantum verum est, ac in ratione praeviae dispositionis peccatum personale non remittit, nisi sit libera hominis retractatione; formaliter tamen non per talem retractationem, sed per solam habitualem gratiam peccatum perfectè deletur, ut Averra quoque notavit, *qu. 113. sect. 4. in fine.*

ARTICULUS SECUNDUS.

Argumentorum solutio.

IN Oppositum arguit Amicus, Primò ex Concil. Trident. *sess. 6. c. 7.* ubi assignans causam formalem iustificationis adultorum ait esse, voluntatem susceptionem gratiae; ergo in doctrina Trident. ad iustificationem, & peccati remissionem, non solum requiritur iustitia entitas gratiae, sed ut ea liberè, & voluntariè suscepta sit per liberum, & voluntarium actum peccatoris, quo praeteritum peccatum retractetur.

Respondent. Concil. loqui de facto, non verò, quia id esse simpliciter necessarium etiam de potentia Dei absoluta; quatenus regulariter, & de communi lege tales actus penitentiae praerquiruntur, ut dispositiones ad gratiam, & veniam peccatorum impetrandam, ut satis in illo eodem capite declaratur, ac rursus *sess. 14. c. 4.* Quod si contentatur voluntariam gratiae susceptionem esse etiam necessarium simpliciter, & absolute loquendo; dicemus id ad summum intelligendum esse, non semper de voluntario actuali, & formaliter, sed saltem interpretativo; quod etiam in casu nostro intervenit quatenus homo etiam tunc tacitam voluntatem habere censetur, ut si peccata dimittantur, & ad divinam misericordiam ob peccatum amissam resiliatur, ut dictum est *num. 107.* vel intelligendum est, de voluntario negativo, quatenus etiam tunc gratia sanctificans in homine actu non reluctante recipitur, qua ratione, iam dictum est *num. 97.* & iterum dicimus omnino implicite, etenim de potentia Dei absoluta, quod peccatum remittitur in eo instanti, in quo committitur, siquidem in eo casu nullo modo, nec in ullo sensu susceptio gratiae in homine voluntaria dici posset, sed omnino involuntaria, & cum renitentia suscepta.

At replicat Amicus non obstat, quod ibidem Concilium actum peccatoris appellet dispositionem ad iustificationem, cum non repugnet eandem formam simul esse complementum & dispositionem ad iustificationem, ut patet de forma corporeitatis, quae respectu animae rationalis est dispositio; respectu verò totius compositi humani est formale complementum, & fundamentalis inchoatio hominis; ita retractatio peccatoris respectu ultima, ac principalis formae iustificationis, quae est gratia habitualis, dicitur dispositio; respectu verò iustificationis integrè acceptae, est formale complementum, & fundamentalis ipsius inchoatio; quod expressè significat Concilium cum ait iustificationem esse voluntarium gratiae susceptionem, ponendo enim rationem voluntarii in ipsa iustificationis definitione, satis indicat illam non esse tantum dispositionem, quae est extra definitionem rei, sed rationem aliquo modo complementem; quae explicatio colligitur ex eodem *Trid. sess. 14. c. 4.* ubi loquens de contritione, & peccati deletionem illam appellat novae vitae inchoationem.

Sed contra, quia potius tota haec doctrina est contra Concil. in eo c. 7. cum inquit unicum causam formalem, & perfectam nostrae iustificationis esse gratiam, atque ad hanc quoque peccatoris ad hanc formaliter concurreret, & non tantum dispositivè, ut inquit Concil. tunc duplex esset nostrae iustificationis causa formalis, nempe retractatio ex parte peccatoris, & gratiae infusio ex parte Dei. Tum quia *sess. 14. c. 4.* inquit contritionem fuisse omni tempore necessariam ad impetrandam peccatorum veniam; si ergo impetrativè tantum concurrat hominis retractatio ad iustificationem, iam non concurrat formaliter, seu in ratione causae formalis, sed tantum dispositivè, quod solum significare voluit, dum eam appellat vitae inchoationem, quare sicut ex hoc, quod dispositio dicitur generativis substantialis inchoatio, male deducitur, quod alicui formaliter pertinet, ita male colligitur in proposito, quod retractatio sit pars formalis, vel formale complementum nostrae iustificationis, ex eo quod fit eius inchoatio, cum potius oppositum omnino deduci debeat. Neque ad rem facit exemplum adductum de forma corporeitatis; quia illa, seu corpus ex ea constitutum est pars essentialis ipsius hominis, & non tantum pura dispositio ad animam, sicut in proposito actus penitentis est pura praevia dispositio ad gratiam. Nec tandem verum est rationem voluntarii ingredi formaliter definitionem iustificationis, hanc enim definit Concil. c. 4. quod sit *translatio sive peccati ad solum gratiae*, quam definitionem Concil. tradit, velut communem iustificationi adolatorum per Sacramentum penitentiae, & parvulorum per Sacramentum Baptismi, in qua tamen nullus intervenit actus Baptizati, signum evidens rationem voluntarii minime spectare ad rationem iustificationis, ut sic, quae est eisdem rationis, quantum ad essentialia spectat, in parvulis, & adultis, licet quoad concomitantia differant.

Secundo urgeat rationem D. Thomae; quae est praecipuum adverte sententiam fundamentum, & quamvis fusc ab ipso proponatur, & diversis modis confirmationibus, breviter tamen

tamen in hoc consistit, quod peccatum habituale includit liberam averfionem à Deo, & conversionem ad creaturam; ergo tolli non potest sine voluntaria, & libera averfione à creatura, & conversione ad Deum; sed hoc fit per motum liberi arbitrii; ergo sine illo, etiam posita gratia habituali, non poterit homo iustificari. Conf. quia macula peccati includit ordinem ad actum praeteritum non retractatum: ergo tolli non potest sine retractatione: sed retractatio consistit in motu liberi arbitrii ergo &c.

Resp. ex dictis n. 110. averfionem liberam auferri posse, non solum per conversionem liberam, sed etiam per formam superioris ordinis, qualis est gratia, quae hominem convertit in Deum, & consequenter ab eo tollit averfionem, nequit autem esse averfio libera, ubi nulla remanet averfio, quod eo vel maxime dicendum est, quia licet peccatum actuale sit averfio formaliter libera, & voluntaria, peccatum tamen habituale, & macula ex actuali relicta non est hoc modo voluntaria sed solum casualiter, quatenus orta est ex culpa actuali; valide minime opus est, formae, quae deleri debet, esse formaliter liberam, & voluntariam ad Deum conversionem, sed sufficit conversio habitualis, qualis est gratia, de qua licet ipsa non sit formaliter libera, & voluntaria, est tamen forma peccati opposita, & propter suam perfectionem eminenter continet quaecumque conversionem formalem, & liberam hominis ad Deum; Quod etiam satis, apud auctorem declaratur, ut refert Lezana: quemadmodum enim solet homo à Sole non solum tollitur per conversionem liberam, & voluntariam ejusdem hominis ad Solem, sed etiam per conversionem ipsius Solis ad ipsum: sic & averfio hominis ad Deum non solum tollitur per voluntariam ipsius conversionem à Deo, sed etiam per conversionem Dei ad ipsum, quae fit per infusionem habitualis gratiae. Ad Conf. patet ex dictis n. 115, maculam peccati intantum dicere ordinem ad actum praeteritum non retractatum, non quia negatio retractationis pertinet ad formale constitutum habitualis peccati, & retractatio sit forma, vel causa formalis tollens peccatum; sed quatenus regulariter, & de communi lege est dispositio requisita, ut committatur causa formalis nostrae iustificationis, quae est gratia, per quam formaliter peccata remittuntur; & in hoc sensu tantum verum est, peccatum regulariter tolli non posse sine retractatione, tanquam dispositio necessaria ad gratiam recipiendam, unde supra dicebamus n. 105, melius describi habituale peccatum esse actum praeteritum non remissum, vel non condonatum, quàm non retractatum; & eadem ratione melius est dicere ut notat Averra, hominem ex peccato actuali remanente moraliter averfio à Deo, donec peccatum ei remittatur, quam dicendo; hominem manere moraliter averfio, donec retractet suum peccatum, quo quidem modo loquitur D. Aug. de nuptiis, & concup. c. 26. dicens, *eorum peccatorum, quae diu sunt praeterita, veritas manet, & nisi remittantur, non avertuntur*, ut Suarez notat, *7. c. 23. num. 15.*

120 Sed replicat Amicus, peccatum habituale potius consistere in actu praeterito nondum retractato, nam si consisteret in actu praeterito nondum remisso, sequitur peccatum habituale denominare subiectum dependenter ab ipsa non remissione Dei, quod est falsum; nam sicut independenter à non remissione Dei peccatum habituale habet quicquid ad eius rationem requiritur; ita independenter à non remissione Dei denominat subiectum peccatorem; alioquin Deus ipse daret, & conservaret in homine illam denominationem, quod est falsum; non enim ideo formaliter homo est peccator, quia Deus illi peccatum non remittit, sed quia ipse homo habet actum moraliter malum à dependente non retractatum. Tum quia Deum non remittere homini peccatum, supponit in homine peccatum independenter ab ipsa non remissione peccati: cum ipsum peccatum supponatur antecedenter ad ipsam non remissionem Dei. Sequela verò probatur, nam dependenter ab eo peccatum denominat subiectum peccatorem, sine quo illud non denominaretur peccatorem; sed sine non remissione Dei actus praeteritus non denominatur subiectum peccatorem, ut dictum est in responsione, ergo &c.

121 Resp. quicquid reclamat Amicus, planè D. Aug. ita loqui, & permanentiam peccati in homine praecipue ex eo deducere, quod à Deo non remittitur, cum inquit tandiu in homine maneat peccatum, quamdiu à Deo non est remissum; & Advertiser ipsi ad hujus difficultatis solutionem renerunt, qui ponunt utramque negationem, tam scilicet, retractationis, quam remissionis, peccatum habituale aequae constituere; siquidem tunc talis denominatio peccatoris saltem partialiter penderet à Deo; & etiam qui ponunt consistere in privatione gratiae, sicut Amicus, etenim Deus privationem daret gratiam est causa conserans in homine illam non remissionem, ut optime notat Ariaza *disp. 49.* de peccato habituali n. 30. quare dicendum est cum ipso ibidem, facta suppositione peccati praecedentis posse Deum indiredè velle, ut illud daret, quia hoc nil aliud est quam nolle condonare, quod iustificari potest facere neque ob id Deus dicitur

cemus est per se causa durationis peccati, & denominationis peccatoris; quia in communi modo loquendi non dicitur Deus causa earum rerum, quas solum vult esse in suppositione aliqua peccati nostri, sicut non dicitur absolute velle mortem hominis; ac ejus damnationem; licet suppositio ejus impoſitione positivè velit eum damnare; solum ergo cum addito est suppositione nimirum quod homo peccaverit, & non penitent, dicendus est Deus velle ducere illud peccatum quatenus iuxta suo iure, etiam si posset condonare abique ulla etiam peccatoris penitentia de potentia absoluta ex mera sua liberalitate: non tamen condonat, sed non vult condonare; sed illum hominem odio habere, prout est promeritus nec peccatum praecedens; quam doctrinam non solum dedit *disp. pr. quaest. n. 373. §. 306.* sed etiam in hac ipsa *disp. n. 60. 71. 78.* & cogor tam crebriò eam repetere, quia hanc instantiam Advertiseri urgere non cessant ad nauſeam usque, atque ideo hinc non sequitur peccatum à Deo conservari in homine, saltem in sensu, quo ipsum dedecet; Quod verò addebat Amicus, peccatum habituale non constituit formaliter per negationem divinae condonationis, quia haec supponit peccatum independenter ab ipsa non remissione peccati, libenter totum concedimus, imò haec ipsa ratio hinc probativè *disp. p. 3. q. ult. art. 3. n. 175.* proprie enim consistit in obligatione, & dignitate ad penam ex peccato jam commissio contracta, quae est obiectum voluntatis condonantis.

Tertio arguit Morandus ex Beccano *tratt. 4. c. 3. n. 5.* peccatum pender adaequatè à sola hominis voluntate, ergo nequit tolli à solo Deo, ergo requiritur actus hominis; prima consequentia probatur, quia ab eadem causa pender effectus in conservari, à qua pender in esse; quare si illa, quae dat esse, non cesset conservare, semper erit; ultima etiam consequentia probatur, quia nequit intelligi, quomodo homo definit peccatum habituale conservare, quam per actualem retractationem. Confirmatur peccatum habituale dicit morale permanentiam ejusdem peccati, donec retractetur; ergo donec fiat retractatio, semper idem peccatum erit; consequentia probatur, nam utique dum homo praecedentem retractat voluntatem, semper perseverat in habituali affectu ad peccatum; ergo non potest peccatum remitti sine proprio actu libero hominis, imolcat enim remitti peccatum manente habituali affectu ad illud. Denique de eo qui eodem modo le habet, semper possunt eadem affirmari, & negari; sed antequam ponatur, Deum condonasse peccatum, verum erat dicere, peccatorem esse averfio à Deo, ergo etiam post, nisi praecedat retractatio, quia eodem modo se habet.

Respondet negando utramque consequentiam, quia ut dictum est *num. 105.* aliud est loqui de commissione peccati, quae soli homini tribuitur, aliud de remissione peccati, quae à Scripturis soli Deo tribuitur, proprie, & formaliter, licet dispositivè supposito speciali Dei auxilio nobis quoque regulariter conveniat; alias sequeretur non totum illud, quod habet rationem culpae tolli per remissionem Dei, sed aliqua ex parte formaliter, & efficaciter tolli per actum hominis, ad probationem utriusque consequentiae iam nuper explicatum est *num. 120.* quo sensu digno, & decenti possit dici peccatum habituale indiredè à Deo conservari, ita ut etiam ab ipso solo tolli possit nullo interveniente hominis actu, si velit juri suo cedere ad rationabile odium peccatoris, etiam si ex parte jultus nulla praecedat dispositio, sicut regulariter exigitur ex communi lege, Ad Conf. negatur assumptum absolute sumptum: falsum est enim permanentiam moralem peccati ex eo potest oriri, quod actus praeteritus non sit retractatus: quia potest esse retractatus per attritionem, & adhuc moraliter, ac habitualiter permanere, ut dictum est *n. 102.* unde dicebamus *n. 105.* & *119.* melius explicari permanentiam moralem peccati per negationem remissionis, ut loquitur Augustinus, quam per negationem retractationis. Deinde concessio antecedente, potest etiam negari consequentia, ad cuius probationem dico affectum habitualem ad peccatum sufficienter excludi per conversionem habitualem in Deum quae fit per gratiam: Ad ultimum, concedo necessarium esse aliquam mutationem in homine, non tamen physicam, sed moralem ob rationem alliam in solutione ejusdem argumenti *qu. praec. num. 91.*

124 Dices peccatum habituale non manet in ratione voluntarii, nisi quatenus non retractatur, post retractationem enim jam non est voluntarium, sed involuntarium; ergo carentia retractationis est de conceptu essentiali peccati habitualis, & consequenter quoad hanc partem tolli non poterit, nisi per ipsam retractationis actum. Respondet negatur assumptum ex modo dictis, quicquid Advertiseri reclamat: siquidem peccatum etiam posita retractatione manet adhuc in ea ratione voluntarii, quae est de ratione peccati habitualis, licet cesset alia ratio voluntarii, quae non est de ejus essentia, hoc patet in peccatore habere actum attritionis ante Sacramentum, nam licet per eam retractaverit peccatum; adhuc tamen manet in ipso moraliter voluntarium praeteritum quantum sufficit ad rationem peccati

habituales quatenus nempe adhuc manet in ipso obligatio satisfaciendi, vel dignitas ad penam ex actu praeterito contracta, quae non potest dici voluntaria, nisi casualiter, quatenus, scilicet voluntaria fuit in causa; quia enim in hac obligatione, & dignitate poenae contracta fundatur ius Dei ad rationabile odium peccatoris, neque hac obligatio ex parte creaturae, & ius acquiritur ex parte Dei tolli possunt per qualemcumque retractationis actum; ideo potest etiam retractatione adhuc peccatum manet in ratione voluntarii quantum sufficit ad moralem eius permanentiam, ut supra dicebam num. 22.

125 Quenam autem sit ratio voluntarii, quae cessat in peccato posita retractatione, & quodnam voluntarium adhuc permaneat sufficiens ad rationem peccati habitualis sic eruditè declarat Card. de Lugo disp. 7. c. 1. s. 8. num. 135. Manet enim modo peritium v. g. voluntarium in ordine ad rationabile odium Dei; non tamen manet voluntarium in ordine ad praesumendum, quod modo approbaret homo illud si interrogaretur, imò in hoc sensu manet involuntarium post retractationem; quare in ordine ad diversos effectus non est inconveniens, quod peccatum post retractationem maneat simul voluntarium, & involuntarium; sicut etiam votum non ablatum a superiore, retractatum tamen à vovente manet moraliter in ratione voti, & per consequens in ratione voluntarii; votum enim essentialiter est voluntarium in ordine ad obligandum, non minus quam si nunc voluntarie fieret; & tamen per retractationem manet simul in alio sensu involuntarium, quatenus manet sine fundamento ad praesumendam approbationem voventis, si nunc interrogaretur; si quidem haec praesumptio fundabatur in negatione retractationis quae per actum contrarium ablata, cessat talis praesumptio, & ratio voluntarii in ea fundata. Ex qua doctrina valde notanda tollitur instantia Morandi quælibet. 26. c. 1. n. 264. ubi inquit permanentiam moralem peccati habitualis tolli etiam per solam attritionem; quia ipsa sola facit peccatum involuntarium; Falsum enim omnino est illud assumptum, ut constat de habente attritionem ante sacramentum, in quo adhuc peccatum moraliter permanet; quod licet factum sit involuntarium in ordine ad praesumendum; quod modo approbaret peccator actum peccaminosum praeteritum, adhuc tamen manet voluntarium in ordine ad rationabile odium Dei, quod solum voluntarium est de ratione peccati habitualis.

126 Quarto arguit Soto, non potest Deus remittere peccatum homini, nisi eum diligere, & in gratiam suam recipiendo; non potest autem eum diligere, nisi illius voluntatem convertat per proprium actum; ergo non potest Deus remittere peccatum sine proprio peccatoris actu. Conf. quia in justificatione non tantum Deus convertitur ad nos, sed nos etiam ad Deum, ut habetur Zaccar. 1. Convertimini ad me, & ego convertar ad vos; sed per gratiam habitalem Deus utique convertit ad hominem, quem reddi sibi gratum, & amicum; homo vero convertitur ad Deum per proprium actum; ergo hic actus est simul necessarius ad justificationem.

127 Respondeo argumentum probare pluraquam velint Adversarii; probat enim ad justificationem necessarium requiri actum contritionis, sed dilectionis siquidem nulla alia conversio habet tantam oppositionem cum aversione peccatoris a Deo, & tamen de fide certum est attritionem cum sacramento sufficere ex Trid. Itaque potest in primis negari maior, quia Deus potest remittere peccatum, & placari ita quod homo non sit ei amplius inimicus, nec velit vindicare commissum abique hoc, quod recipiat eum adamicum specialem, ut dictum est quælibet. 2. c. 1. s. 1. quælibet. 6. E. licet concessa majori, potest negari minor; sicut enim per peccatum habituale erat tantum habitualiter aversus à Deo ita per solam gratiam circa quemcumque ius actum redditur habitualiter conversus in Deum; haec enim sola sufficit ad destruendam aversionem moraliter permanentem in obligatione satisfaciendi, vel dignitate, & ordinatione ad penam; & quamvis ex lege ordinaria in natura rerum fundata hoc Deus non faciat sine hominis dispositione: haec tamen necessitas dispositionis non est tanta, quin de ablata potentia possit sine ea hominem justificare. Ad Conf. totum argumentum procedit de potentia ordinaria; absolute tamen loquendo, sive auctore sumatur pro carentia gratiae, sive pro denominatione relicta ab actu peccaminoso praeterito, sufficiens tolli potest per solam gratiam habitalem, qua Deus convertens se ad hominem, dum reddit eum sibi gratum, & amicum, reddit quoque ad seipsum conversum, dum remittit eius culpam, quam homo dicebatur aversus à Deo; ut exemplo Solis declaratum est supra num. 119.

128 Quinto tandem arguit Amicus; si posset Deus remittere peccatum habituale abique proprio actu retractativo peccatoris; posset etiam remittere peccatum actuale, manente actualem dependentiam adus peccaminosi à voluntate peccatoris, quod est falsum: consequentia probatur, quia per Adversarios, ideo potest Deus remittere peccatum habituale, abique actu retractativo peccatoris; quia potest ponere formam quae aequivalenter

talent moralem dependentiam tollat, qualis est gratia habitualis; sed potest Deus eandem gratiam cum eodem affectu remittendi peccatum actuale conferre peccatori actu peccati ergo &c. Conf. nam per Adversarios ideo potest Deus peccatum remittere abique actu retractativo peccatoris, quia potest unus homo remittere offensam alteri abique proprio actu ipsius offendentis: sed potest unus homo non solum remittere habitualem offensam, sed etiam actualem abique proprio illius actu; ergo &c.

Respondeo ex dictis præc. qu. ad idem argumentum num. 97. 129 negando paritatem, quia in casu remissionis peccati habitualis nulla sequitur implicatio, ut in remissione actualis, dum actu committitur, ut ibi offensum est; tum quia, qui actualiter peccat actu ponit obicem justificationi, & infusioni gratiae; qui verò abique peccato actuali non se disponit ad illam, nullum ponit obiaculum; & ideo licet actualiter peccanti non possit dari gratia, bene tamen peccatori habituali; licet enim non sit dispositus, attamen non ponit actualem obiaculum, imò supponitur aliquoties dispositus saltem per tacitum consensum recipiendi gratiam, quod de peccante actualiter dici non potest, quare ad probationem consequentiae rursus neganda est minor. Dices gratia est forma opposita peccato tam actuali, quam habituali; ergo peccatori insula utrumque destruitur potest. Concesso antecedente, negatur consequentia de peccato actuali, quia de illo urget specialis implicatio, quia si Deus remitteret peccatum in eodem instanti, quo committitur, tunc simul esset, & non esset, peccatum enim in eo instanti, in quo remittitur, verè non est. Ad Conf. paritas illa à nobis assumpta de homine offensam remittente sine actu retractativo offensantis valet quidem de offensa habituali, non autem de actuali; unde non legitur, quod si homo remittere potest offensam actualem possit quoque Deus: ratio disparitatis est, ut notat Coninch. disp. 2. de poenit. numero 160. quia homo sive iuste, sive iniuste sapè potest consentire, ut hoc, vel illud faciam, & hoc ipso desinit esse ei iniuriolus; nam scienti, & volenti non fit iniuria; implicat autem Deum consentire, ut mentiar, vel blasphemem, aut mihi dare veniam ea facienda; & consequenter implicat, ut ea faciendo non sim ei iniuriolus.

Subdit tamen Coninch, posse nosse Deum unquam ullam peccatum punire; nec enim est quidquam quod eum cogere possit, ut velit peccata punire; & sic quamvis peccando fieret aliquo modo radicaliter dignus poena, tamen actu non contraheret ullam obligationem subeundi poenam, quia haec supponit in offensa voluntatem peccata puniendi, sicut obligatio solvendi debita supponit credere vel debitorem solvere. Hoc etiam addit à Coninch, verum est, non tamen ita intelligendum, quod in eo casu non amplius peccatores effemus, quia peccatum habituale, ut loco dictum est, non in ea obligatione consistit subeundi poenam ortu ex actu divino voluntatis peccata punire volentis; sed in illa dignitate ad poenam, vel obligationem subeundi poenam ex peccato ipso contracta, quae proprie dicitur reatus culpae, & in qua fundatur ius Dei ad rationabile odium peccatoris, & vindicandi peccatum, si ei placuerit; cui iuri cedere non intelligitur, etiam hominum peccata punire non vellet: quod si tali quoque iuri cederet, tunc nobis non tantum poenam, sed etiam peccata remitteret, quo eam puniendi non essent homines nec verbaliter, nec nominaliter; cum enim supponatur Deus iuri suo cessisse, intelligendum pariter est cessare in nobis dignitatem poenae, in qua consistit habituale peccatum, & in qua fundatur ius Dei ad rationabile odium peccatoris, ut supra discussum est num. 328. 329. & 361.

QUESTIO QUINTA.

Quomodo se habeant ad invicem in justificatione infusio gratiae, & expulsio culpae.

131 Non semel dictum est supra infusioem gratiae, & remissionem culpae ex quibus integratur justificatio, non unam simpliciter importare mutationem, sed duas, quarum una est realis, & positiva, & est transitus à privatione gratiae ad ipsam gratiam, altera negativa, vel positiva rationis, & est transitus à peccato, vel culpa in negationem culpae; quae doctrina non solum traditur à Scoto 4. disp. 16. qu. 2. sed etiam à Concilio Trid. sess. 6. cap. 7. cum inquit justificationem non esse solam peccatorum remissionem, sed etiam renovationem &c. Illa tamen duae mutationes per modum unius describuntur ab eodem Trid. cap. 4. dum ait, justificationem esse renovationem à statu peccati ad statum gratiae; quia illae duae mutationes regulariter, & de facto sunt connexae, quia ratione expulsio quoque frigoris aqua celeriter mutatio cum introductione caloris, licet re vera sint duae, & ab invicem separabiles. Neque circa hoc, nisi forte de nomine, est in Scholis controversia, quia omnes infusioem gratiae, & expulsioem culpae aliquo modo distinguunt, ut duas mutationes

ratione, & solum discrepantia esse videtur, ut notat Turrian. opus. 5. disp. un. dub. 3. aliter huiusmodi mutationes per justificationem importate sunt inter se connexae, an physice, & ex natura rei; sicut per ductum frigoris est corruptio caloris; an potius moraliter tantum, & ex communi lege.

132 Hec igitur supposito, nempe quod justificatio habet duas importet mutationes, & de facto necessario connexas; quaeritur in presenti quem ordinem inter se servent prioritatis; & posterioritatis; & quidem non est dubitatio de prioritate, & posterioritate durationis, vel temporis, cum etiam certum sit apud omnes exercitium infusionis gratiae, & expulsioem culpae in eodem instanti temporis fieri, uni intrinseco, alteri extrinseco; nam si fieret in diversis instantibus cum inter haec dari debeat tempus medians, ut constat ex 6. Phyl. in eo tempore intermedio, vel anima nec peccatum, nec gratiam haberet; vel haberet utrumque simul, quorum utrumque absurdum est, ac à fide, & veritate alienum; sermo itaque est de prioritate naturae quae ad causalitatem sufficit, si est cum aliqua dependentia posteriori ab eo, quod dicitur natura prioris. Hae itaque duae sunt opiniones oppositae; Prima affirmat infusioem gratiae esse priorem expulsioem culpae, quae communiter tribuitur Thomistis; licet non eodem modo id explicent quidam enim dicunt ratione agentis infusioem gratiae esse priorem, ratione verò passivi, & mobilis expulsioem culpae esse priorem. Alii verò dicunt infusioem gratiae esse priorem in genere causae formalis, & expulsioem culpae esse priorem in genere causae materialis, quod declarat exemplo venti fenestram priorem, & aulam ingredientis, nam in genere causae efficientis prior est ingressus venti; in genere vero causae materialis aperiit fenestra.

Alteri verò asserit inter expulsioem culpae, & introductionem gratiae nullum propriè dicit ordinem causalitatis, sed si aliquis datur, dicitur expulsioem peccati esse priorem ordine executionis introductione gratiae, licet haec sit prior ordine intentionis; & haec communiter loquuntur Scotistas, eo quia Doctor. 4. disp. 16. qu. 2. in calce movens hoc absurdum in terminis de remotione culpae, & infusione gratiae, quoniam eorum mutationum sit prior; respondet, quod via generationis prior est expulsio culpae, vel perfectioem infusio gratiae, & quod Deus in justificatione impit, licet ordine intentionis prius velit ipsi gratiae infusioem, quam culpae remissionem; ordine tamen executionis prius vult illi non inesse culpam, quam inesse gratiam; & ita loquuntur Scotista ibidem Arctinus art. 4. Hiribar. nes disp. 1. 4. sect. 6. Faber de poenit. disp. 17. c. 3. Vulpes disp. 24. art. 10. & alii antiquiores.

133 Hanc etiam defendit Auctor controversiarum inter Scotistas p. 3. cont. 27. ubi conclusionem prima oppositam nobis tribuit sententiam disp. 5. de gen. & corrup. q. 4. nu. 107. eo quod loquentes ibi de introductione novae formae, & expulsioem veteris ait, non dixisse hanc esse causalem ideo nova inducitur, quia antiqua expellitur, hinc inquit non affirmare priorem esse inductionem formae novae ipsa expulsioem antiquae, cum expulsio sit effectus introductionis formae. Hic auctor confusioem, vel potius pervertit terminorum maxime assuetus, non solum ita procedit sensu sententiam proponendo, sed etiam aliorum placita referendo; Fateor me loc. cit. doctis priorem esse inductionem formae novae expulsioem antiquae, cum expulsio sit effectus introductionis formae; & ita consequenter loquendum censo in presenti questione; At nunquam dixi hanc esse causalem ideo nova forma inducitur, quia antiqua expellitur, imò ibidem num. 107. conceptis verbis, ac ore rotundo dico absolute loquendo rem est contra se habere, & solum causalem illam esse absolute veram quia forma nova inducitur, ideo prior expellitur, ut quilibet oculus habens videre potest; si enim illam causalem, quam mihi tribuit, adversissem, nempe ideo nova inducitur, quia antiqua expellitur, non nisi stultè prosteris potuissem inde deducere, priorem esse introductionem formae novae ipsa expulsioem antiquae; cum potius esse posteriori deducere debuisset, ut rem etiam leviter consideranti patebit; quod adnotare placuit, ne aliquis ex tali relatione me sententiam me sententiam prosteris inconsideratè in hac re, in qua quid sit dicendum consequenter ad illi dicta jam resolutio.

ARTICULVS PRIMVS.

Resolutio Quaestio.

134 Hec quaestio decidenda est iuxta dicta in generali de ordine introductionis novae formae, & expulsioem antiquae disp. 5. Phyl. qu. 3. art. 2. n. 25. & disp. 5. de gen. & corrup. q. 4. nu. 107. licet enim gratia, & culpa non opponantur inter se formaliter, & ex natura rei, sed tantum moraliter, & ex lege communi, ut dictum est supra num. 39. quoniam tamen haec moralis oppositio aequivalere repugnantia physice, & ex natura rei, eo quia sicut illa, quae physice repugnant, sunt pro

quolibet instanti impossibilia, & in eodem subiecto repugnantia: ita quae repugnant tantum moraliter, stante praefixa lege inter se omnino repugnant: ideo pari proportionem de repugnantia gratiae, & culpa dicendum est perinde, ac si repugnaret ex natura rei, & opponeretur ex oppositioem genere, quod inter formas contrarias reperitur, sicut inter calorem; & frigus: quamvis enim peccatum actuale in privatione consistat debita rectitudinis, habituale tamen quod positum morale importat, aut saltem per quidam explicatur, ut suo loco vilius est. Sicut ergo loc. cit. generatim dictum est introductionem formae novae esse naturam priorem expulsioem antiquae; & illam causalem esse absolute veram quia forma nova inducitur, ideo prior expellitur: sic pariter in proposito dicimus infusioem gratiae esse naturam priorem expulsioem peccati, & hanc causalem esse absolute veram quia gratia inducitur, ideo culpa expellitur.

135 Primò itaque probatur conclusio ex Concilio Trid. expressè docentes ex vi gratiae inherentes, & informans remitti peccatum adeo, ut haec causalitas sit vera quia gratia inducitur, ideo culpa expellitur; ita habetur sess. 5. in decreto de peccato originali can. 5. ubi dicitur, per gratiam tolli totum id, quod veteram, & propriam peccatorum remissionem habet, & libidè deinde per gratiam nos veterem hominem exure, & inducere novum; & sess. 6. can. 7. assignans causam formalem nostrae justificationis inquit, quod eius unica formalis causa est iustitia Dei, non quia ipse iustus est, sed quia nos iustos facit; si ergo per gratiam tollitur peccatum secundum Trid. ergo gratia est causa ablationis peccati; & si per gratiam veterem exuimus hominem induentes novum, ergo vi gratiae mundamur à peccato; Et si gratia est unica causa formalis nostrae justificationis, ergo gratia est causa expulsioem peccati, probatur consequentia, quia iustificatio Trid. c. 7. et. includit peccatorum remissionem, cum inquit, non est solum peccatorum remissio, sed etiam justificatio, ut ergo gratia sit unica formalis causa justificationis, debet esse causa non tantum satisfactoria, sed & remissionis peccatorum; ergo, opposita opinio asserens in justificatione prius potius à Deo remissionem peccatorum dependere ab infusione gratiae, & p. thea gratiam infundit, ita gratiae infusio nullo modo induit in remissionem peccatorum, sed eam posteriori natura consequatur, directè militat contra doctrinam Concilii Trid. haec enim ratio non est adequata causa justificationis, siquidem non esset causa remissionis peccati, quam essentialiter dicit justificatio, & consequenter nec esset perfectioe sanctitas, nec unica effectus formalis causa nostrae justificationis. Conf. quia Concil. can. 11. statuit hominem non justificari, & mudari à peccatis, sola favore, Dei extrinseco; at si remissio peccatorum natura praecedat gratiae infusionem, & sit independentem ab ea à Deo immediatè in genere causae efficientis; iam haec peccatorum remissio fieret per solum favorem Dei extrinsecum, & non per formam supernaturalem homini intrinsecè inherentem contra expressam Conc. doctrinam.

136 Secundo probatur ratione, quia prius censetur causam formalem esse, quam effectum, sed remissio peccati comparatur ad gratiam, tanquam effectus formalis ad ius causam ex Trid. c. i. iuxta cuius doctrinam haec causalitas omnino vera est, quod peccatum ab anima expellitur, quia gratia inducitur, ergo &c. Resp. Adversarii expulsioem peccati se habere tanquam dispositionem ad gratiam in genere materialis causae, quia non potest gratia recipi in anima peccato infecta, unde sicut hac ratione antecedenter ad introductionem formae ignis tollitur à ligno frigus, & humiditas, vel obstantia introductioni illius; ita pariter ob eandem rationem antecedenter ad gratiae infusioem debet à Deo immediatè deleri peccatum ab anima, ut eius introductioni obstant. Sed Contra, quia Conc. inquit retractationem peccati utique esse dispositionem ad gratiam infusioem, non verò ipsam peccati expulsioem; imò dicitur verbis hanc inquit esse effectum gratiae in genere causae formalis, ut effectus formalis nequit esse proprie loquendo dispositio ad formam, cuius est effectus. Neque necessarium est ad gratiae introductionem, quod culpa antecedenter fuerit ab anima desulpa; sed absolute sufficit, si tunc temporis in anima non reperitur, cum gratia inducitur ad quod parum refert, quod culpa prius natura fuerit expulsa, ut dicunt Adversarii, vel quod tunc primo expellatur, ut nos diximus; ex quo manifestè inferitur minime opus esse, quod expulsio culpae antecedat introductionem gratiae, sed sufficere, si eam comiter, vel sequatur. Dices, si tunc primò culpa expellatur, & non potius antecedenter expulsa fuit, ergo pro aliquo instanti erunt simul peccatum, & gratia. Negatur sequela, non enim opus est, quod gratia inveniatur culpam in anima, ut eam expellere dicatur, quia illam non expellit, sicut clavus clavum trudit, ut inf. declarabitur.

137 Tertiò probatur ex generali ratione, qua probatum est loc. cit. introductionem formae novae priorem esse naturam expulsioem antiquae; quia cum hac expulsio dicatur effectus